Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



dicentes Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt Et quomodo
nos audiuimus unusquisque linguam suam in qua nati sumus Parthi
et medi et elamite et qui habitant mesopotamiam iudeam et cappadociam
pontum et asiam frigiam et pamphiliam egyptum et partes libie que est
circa cyrenen et aduenie romani iudei quoque et proselyti cretes et arabes
audiuimus eos loquentes nobis linguis nostris magnalia dei Sequens sdual.
di extra istam septimanam RR. Beata gens cuius est dominus deus eius
populus quem elegit dominus in hereditatem sibi V. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum. Alla. V. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui
amoris ignem accende. Alla. V. Paraclitus spiritus sanctus quem mittet pater in
nomine meo ille uos docebit omnem veritatem. Eua. Si quis diligit me
RR. Cxxxij. Off. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo
quod est in hierusalem tibi offerent reges munera al. Secreta et complenda sicut in
vigilia. Com. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus ubi
erant sedentes al. et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei al. al.
Ebriaui sunt enim hi a dulcedine al. et de petra melle saturauit eos all. V. Exultate deo
adiutori nostro iubilate deo ia. Alla. Deus qui apostolis tuis sanctum
dedisti spiritum concede plebi tue pie petenti omnis effectum ut quibus
dedisti fidem largiaris et pacem Per eiusdem. L. actuum apostolorum
In diebus illis Aperiens petrus os suum dixit Viri fratres et
patres nobis precepit dominus predicare populo et testificari quia ipse est qui
constitutus est a deo iudex viuorum et mortuorum Huic omnes prophete
testimonium phibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnis qui credit
in eum Adhuc loquente petro uerba hec cecidit spiritus sanctus super omnes qui
audiebant uerbum Et obstupuerunt ex admiratione fideles qui uenerant cum petro quia et in nationes gratia spiritus sancti effusa est Audiebant enim illos